



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

41. Sabbato. B. Virgo Stella polaris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

procedunt ex complexione, rigore immoderato, &c. & à medico curandi sunt: vel procedunt à DEO ignaviam castigante, & defectus cavendi sunt, Dei que visitatio patienter toleranda: vel à societate scrupulorum, & ea deserenda est: vel aliunde, tunc adhibenda oratio, frequens Sacramentorum usus, discreta corporis castigatio, opera misericordiae, & maximè obedientia: sicut enim certum est scrupulosum Magistro non credentem curari non posse, ita facile curabitur obediens, quem Magister benignâ legum & præceptorum interpretatione curabit, jubebitque in oppositum operari, non metu inferni, qui plerumque origo scrupulorum est, sed puro amore DEI.

MEDITATIO XLI.

Sabbato Dom. 4. Epiph.

B. Virgo Stella polaris.

Aspiciam D. Virginem stellam polarem potestate plenam conterendi caput serpentis. Petam ejus ope evadere septem scopulos naufragijs infames, quos hâc septimanâ meditatus sum.

Conf. I. Repetendo quónam modo segnitates, nimius fervor, memoria seculi, & antiquæ vitæ: desperatio perseverandi, desiderium mutandi statum, blasphemæ cogitatio-

nes:

nes & scrupuli infestent navigantes mare purgativum. Deprecabor pro me & alijs B. Virginem nomine Ecclesie, quæ pro filijs interpellat: nomine Prælatorum, & qui mei curam habent, quibus pericula mea aperio, qui remedia ad vincendum, arma ad pugnandum subministrant, exemplo ad victoriam movent, minis & pœnis à casibus avocant, ut nos gratia suâ tueri dignetur, ut vel repugnet lapsus, vel tentatio.

Oratio 1. Eandem per zelum Angelorum, qui ex mandato Dei nos custodiunt in omnibus vijs nostris, ut eis præcipiat nobis ut adsint, laqueos detegant, dæmones arceant.

Oratio 2. Eandem Divam, ut Filium suum ad dexteram Dei pro nobis pugnantem animet, &c. & denique ipsam Divinam Majestatem magis alliciat ad nobis opitulandum: Deum Patrem, ut fortitudinem subministraret, vires adversarij liget, impugnationem extenuet. Verbum, ut doceat intellectum, sapientiam, scientiam, consilium: Spiritum S. ut voluntatem in spem erigat, & tentationis bellum in pacem convertat.

MEDITATIO XLII.

Dominica 5. Epiphaniæ.

Inevitabilis tentationum necessitas in via illuminativa.

Vide.

V
nec
agno
ciam
C
servi
tius
Ægy
nihil
quo
alijs
tatio
quis
pugi
ut p
per l
scipi
C
nes:
deci
id el
fion
turb
pula
estr
posit
fact
& in